Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

firmamento celi: et laudabilis et gloriosus: et superexaltatus in secula. Ca

Benedictus dominus deus israhel: quia visitavit et fecit redemptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris: et de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum dature nobis. Ut sine timore de manu inimicorum liberati serviamus illi. In sanctitate et iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocabis.

precibus enim ante ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum. Per viscera misericordie dei nostri: in quibus visitavit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris et in umbra sedent. ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Cantica.

Magnificat anima mea dominum. Et exultavit spiritus meus: in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancille sue. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est. et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit